

quaris/ut eius fines quomodolibet nō excedas. **Datum La-**  
**terā. vi. Idus Januarij. P̄otificat⁹ nostri Anno octauo.**

**Eiusdem. Lōseruatorie alie similes ad di-**  
**uersos ecclesie prelatos.**

**Ad abbatem sancti Victoris Hassilieci.**  
**Ad abbatem sancti Pauli Bisuntinei.**  
**Ad abbate sancti Petri de Senoueso Janueci dioc.**  
**Ad episcopum Apten.**  
**Ad abbate monasterij Buseniefi Nuemburgei dioc.**  
**Ad abbatem de Londonia Argentinei dioc.**  
**Ad abbate de sancto salvatore Ludeñ dioc.**  
**Ad priorem cathedralis ecclesie Dūmelmei dioc.**  
**Ad abbate monasterij sancti Auberti Cameracei dioc.**  
**Ad abbate monasterij de Aluraltaria Compostellei.**

**Priuilegi dñi Benedicti pape.xi. Lōser-**  
**uatorie in forma pcedentiu.**

**Ad abbate sancti Pauli Bisuntinei.**  
**Ad episcopum Apten.**  
**Ad abbate sancti Stephani Divioneci.**  
**Datū Perusij Idus Junij. P̄otificatus nfi Anno primo.**

**Priuilegi dñi Clemētis pape.v. Conser-**  
**uatorie ad diuersos ecclesie platos.**

**Ad episcopum Sigisf.**    **Ad episcopum Assanefi.**  
**Ad episcopum Guessanefi.**  
**Ad abbatem sancti Pauli Bisuntinei.**  
**Ad abbatem sancti Victoris Hassilieci.**  
**Ad abbatem de Dūmfermelim sancti Andree dioc.**

Ad abbatem monasterij sancti Pontij de Thonecij/ Mar-  
 boneñ dioc.  
 Ad abbatem monasterij sancte Marie matris domini prope  
 Aueriā. Saleruitaneñ dioc.  
 Ad abbatem monasterij sc̄i Clemētis Meteci dioc.  
 Ad abbatem monasterij de Josaphat Alessaneñ dioc.  
 Ad abbatem sancti Ambrosij Mediolaneñ dioc.  
 Ad abbatem de sancto Salvatore Tuden̄ dioc.  
 Ad abbatem sancti Rusi valentini.  
 Ad abbatem de Capitesari ppe Januam.  
 Ad abbatem de Riuopullo Ciceñ dioc.  
 Ad abbatem monasterij sancti Laurentij Auersaneñ.  
 Ad priorem sancte trinitatis Dubliueñ dioc.  
 Ad decanum Gleuiceñ.

**O**mnes iste conseruatorie sunt in forma  
 que sequit̄/mutatis nominib̄.

**Lemens** ap̄s seruus seruorum  
 dei. Dilecto filio abba-  
 ti sancti Pauli Bisunt̄ dioc. Salutē t̄ apli-  
 cā b̄ndictionē. Et si quibuslibet psonis ec-  
 clesiasticis p̄sertim sub religiōis habitu do-  
 mino militātibus aplicūm debeat adesse p̄  
 sidium/ p̄fessores tñ cisterciēi ordinis vtr̄  
 usq; sexus/ne prauorū hoīm molestijs agi-  
 ent̄/eo libētius p̄tectionis nostre munimine p̄fouemus/quo-  
 p̄fatū ordinē in ecclesia dei p̄spiciū dilectione p̄sequimur am-  
 pliori/ ac illoq; iniurie grauius nos cōtingunt. Cum itaq; sicut  
 ad nostrū puenit auditū/dilecti filii abbas cisterciēi/ eis soq; co-  
 abbates t̄ fratres/ ac dilecte in ch̄risto filie abbatisse t̄ sorores  
 eorūq; cōuentus ipsī cisterciēi ordinis a nōnullis qui nomen  
 dñi inuanū recipere nō formidat in psonis t̄ bonis suis multi-  
 pliciter m̄leitent̄. Mes volētes ipsoq; abbatū/frat.ū/abbatū

sarū/sororū et conuentuū puidere quieti/ et puerorū conatib<sup>o</sup>  
 obuiare/discretioni tue p aplice scripta mandamus/quaten<sup>o</sup>  
 p te vel alium seu alios eisdē abbatibus/fratribus/abbatisis/  
 sororib<sup>o</sup> et cōuentib<sup>o</sup> efficacis p̄sidio defensionis assistens/non  
 pmittas ipsos in psonis et bonis eorū contra indulta p̄ilegio  
 rum sedis aplice ab aliquibus indebite molestari/ Adolestato  
 res huiusmodi quicunq<sup>s</sup> et cuiuscūq<sup>s</sup> religionis p̄ditionis/ aut  
 status existant/etiam si pontificali p̄fulgeant dignitate/auctori-  
 tate nostra/appellatione postposita/cōpescendo. Nō obstanti  
 bus felicis recordationis Bonifatiū pp. viii. predecessoris nři  
 q̄ cauet/ ne cū actor et reus fuerint eiusdē ciuitati vel diocesis  
 aliquis eorū extra ipsas/nisi in certis casibus/ad iudiciū euo-  
 cef/ et alia ne cōseruatores a sede deputati p̄dicta extra ciuita-  
 tes et diocē in quibus deputati fuerint cōtra quoscūq<sup>s</sup> pcedē  
 siue aliū/ vel alijs vices suas cōmittere/aut aliquos vltra vna  
 dietā a fine diocē eorundē trahere p̄sumant/qđq<sup>s</sup> potestas et iu-  
 risdictio cōseruatorū quo ad nō cepta negocia p obitum cōce-  
 dentis expiret/q̄ de duab<sup>o</sup> dietis in cōcilio generali/ et alijs q̄  
 buscūq<sup>s</sup> constitutionib<sup>o</sup> ab eodē Bonifatio vel alijs p̄decesso-  
 ribus nostris Romai pontificib<sup>o</sup> sup hoc in contrariū editis/  
 dūmodo vltra tertiā vel quartā dietā aliquis extra suā diocē  
 auctoritate p̄sentiū nō trahat/seu si aliquib<sup>o</sup> cōmuniter vel di-  
 uisim a p̄dicta sit sede indultū/qđ iterdici/suspēdi/ vel excōica-  
 ri/seu extra vel vltra certa loca ad iudiciū euocari nō possint p  
 litteras aplicas/nō facientes plenā et expressam de indulto hu-  
 iusmodi eorūq<sup>s</sup> psonis locis vel ordinib<sup>o</sup> mentionē/seu quali-  
 bet alia indulgentia dicte sedis generali vel speciali p quā tue  
 iurisdictiōis explicatio in hac parte valeat quomodolibet im-  
 pediri. Attētius,puisurus ne de his sup quib<sup>o</sup> lis est forte iam  
 mota/seu que cause cognitionē exigunt/ et que de indulta hu-  
 iusmodi nō cōtingunt p te vel aliū/seu alios te aliquaten<sup>o</sup> in-  
 tromittas. Nos em si sec<sup>o</sup> presumpseris tam p̄sentes litteras  
 q̄ etiam pcessum quem p te vel ipsos illarū auctoritate haberi  
 contingent oīno cārere viribus/ac nullius fore decernimus fir-  
 mitatis. Huiusmodi ergo mandatū nostrum sic prudenter et fi-

deliter exequaris/ut eius fines quolibet non excedas. **M**eterū  
volum/et auctoritate apostolica decernimus/et a data presentiū sic  
tibi in pmissis omnibz et eorum singulis perpetuata ptas et iurisdi-  
ctio attributa/ut in eo vigore illaqz firmitate possis auctorita-  
te pdicta in pdictis omnibz et p pdictis procedere/ac si tua iuri-  
dictio in his omnibz et singulis p citationē/monitionē/vel mo-  
dū alium perpetuata legitimū extitisset. **D**atū Aquinio. iij. Moñ  
**S**eptembris. **P**ontificatus nostri Anno quarto.

**M**anc in forma confirmat domin⁹ Iohannes. xxij. Et postea  
Sancta synodus Basilien.

**M**iusdē. Confirmatio et innovatio priuilegii  
Lucij pape. iij. ut null⁹ in monasteria nra  
vel abbates/ seu fr̄es nros excōis v'l inter-  
dicti sententiā audeat depromere. Et q ab-  
bates pfessiōes etra ordinis instituta fa-  
cere nō cōf ellant cū innovatiōe dicti pri-  
uilegii/vide hene textum.

**M** **L**emens Ep̄s seruus seruorum  
dei. Dilectis filijs ab-  
bati cisterciēn/et vniuersis coabbatib⁹ eius  
sub eodē ordine dño seruientib⁹. Salutē et  
aplicam benedictionē. Quoddā priuilegi-  
um felicis recordationis Lucij pape. iij. pre-  
decessor us nostri vobis et monasterijs vris  
eorūqz fratribus concessum nobis ex parte  
vestra presentatū inspexim⁹ diligenter/cuius tenor te verbo  
ad verbum talis est. **M** **L**ucius Ep̄s seruus seruorū dei. Di-  
lectis filijs abbati cisterciēn/et vniuersis coabbatibus eius sub  
codem ordine domino seruientib⁹. Salutē et apostolica bene-

83

dictionē. **A**donastice sinceritas discipline quā in puritate ordi-  
nis quem tenetis eterni conditoris pudentia restaurauit illā  
semp inuenit in apostolica sede clementiā/qua & vobis in do-  
mino ppositū virtutis accresceret/ & aliorū deuotio vestris p-  
uocaretur exemplis/ ut p celestiū semitā mandatorum ad ppo-  
situm feliciter brauiū festinaret. **I**nter cetera vero licet ordove-  
ster ea se seruauerit diocesanis episcopis hūilitate subiectū/ ut  
Saluis originalibus institutis eorū semp vellet magisterio sub-  
iacere. Illud tamē hactenus de fauore ac ptectione apostoli-  
ce sedis obtinuit/ ut nullus in monasteria vel abbates ordinis  
memorati quālibet ecclesiasticā sententiā pmeret/ vel psonas  
in eodem ordine cōstitutas excōicationis vel suspensiōis seu  
interdicti pmulgatione grauaret. **Q**uia vero frigescente ca-  
ritate multorū usq; adeo malicia noscitur abundasse/ ut non-  
nulli eorū qui ecclesijs dei modernis temporib; sunt plati trās-  
grediant terminos ab antiquiorib; cōstitutos/ & in vestrū spe-  
cialiter ordinē indebitā exercere nō dubitet vltionē/pnitiū lit-  
terarū inscriptiōe statuum & auctoritate aplica cōfirmam⁹/ ut  
nulli oīno liceat in vos vel monasteria vfa seu fratres inibi cō-  
stitutos & id qd ab origine ordinis noscīt obseruatū/excōisvl  
suspensiōis seu interdicti sniam pmerere/ quā si deprōpta fuerit au-  
ctoritate aplica decernim⁹ nō tenere. **A**dijcītes qz decernim⁹  
ut archiepi & epi i recipiēdis pfessiōib; q a bñdictis vel bñdicē-  
dis abbatis exhibent ea sint forma & exp̄ssiōe p̄tēti/q ab origi-  
ne ordis noscīt instituta/scz ut abbates ip̄i saluo ordine suo p-  
fiteri debeāt/ & h̄ instituta ordinis nullā pfessionē facere cōpel-  
lantur. Nulli ḡ oīno hoīm liceat hāc paginā n̄ se p̄stitutois & cō-  
firmatiōis infringē/ vel ei ausu temerario h̄ traire. **S**i q̄s aut h̄  
attēptare p̄sumperit/ indignationē oipotētis dei/ ac beatorū  
**P**etri & p̄auli ap̄loꝝ ei⁹ se nouerit icursurū. **D**atū Verone. xi.  
kl. Decēbris. **N**os itaq; sacre v̄re religiōis inducti meritis  
v̄ris supplicatiōib; fauorabilitānuētes/p̄fatū p̄uilegiū ratū et  
gratū habem⁹/ illudq; autē aplica ex certa scia approbamus/ &  
etiā innouam⁹. **D**ecernētes ip̄m ppetuā obtinere roboris si-  
mitatē/qd q̄ tenor h̄mōi sic isert⁹ plenā fidē & pbationē faciat

tam in iudicio q̄ extra iudiciū/et iā si ipm originale priuilegiū  
nō appareret/nec etiā habereſ/nec sit necesse illud de cetero ali  
quatenus exhiberi. Nulli ergo oīno hoīm liceat hanc paginā  
nostre approbationis/innouatiōis/ t cōstitutionis infringere/  
vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis aut̄ hoc attēptare pre-  
sumperit/indignationē omnipotetis dei/t beatorū Petri et  
Pauli apolorum eius se nouerit incurſurū. Datū Iunioñ.iiij.  
Moñ Septēbris. Pontificat⁹ nostri Anno quarto.

**P**riuilegi dñi Johānis pape. xxiij. Q̄ p-  
moti ī abbates p sedē aplicā nō pñt se ab  
abbatis cisterci⁹ t capituli generalis obe-  
dientia subtrahere.

**M**hannes Epus seruus seruorum  
dei. Dilecto filio abba-  
ti monasterij Cistercieñ Cabiloneñ dioc. Sa-  
lute t aplicam benedictionē. Ad cistercien or-  
dinē ex quo velut agro pleno cui dñs benedi-  
xit fraglātia spiritualiū filioꝝ redūdere dino-  
scit/suauitatē spirās odoris ecclesie scē dei/spe-  
cialē gerētes deuotiōis affectū ad ipsi⁹ ordinis  
tranqllitatē/ t pacē gratis desiderijs aspiram⁹. Lū itaq̄ sicut  
exhibita nobis p parte tua petitio cōtinebat quidā ex abbati-  
bus dicti ordinis eo p̄textu q̄ p nos pmoti fuerūt ad regimia  
quorūdā monasterioꝝ ordinis memorati a debita tua t capi-  
tuli generalis ipsi⁹ ordinis obediētia se subtrahere moliant cō-  
tra statuta eiusdē ordinis p sedē applicā p̄firmata in graue dis-  
sensionē t scandalū ordinis memorati. Mos volētes p̄fato or-  
dini ne qđ absit p subtractionē hmōi in suis mēbris diminu-  
tionē seu scissure piculū patias de oportuno remedio puidere  
tuis supplicationib⁹ inclinati auctoritate p̄sentiu declaram⁹  
Q̄ nō est intētionis nře q̄ dicti pmoti tali p̄textu se subtrahere